

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Honor d cum uariis

Vbi honor non est, ibi contemptus est; ubi contemptus, ibi frequens iniuria; ubi autem frequens iniuria, ibi et indignatio; ubi indignatio, ibi quies nulla; ubi quies non est, ibi mens a proposito sepe deicitur; ubi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo quod tollitur, et ubi minus est, perfectum dici non potest. Ex hac supputatione illa sententia nascitur: monachum in patria sua perfectum esse non posse, perfectum autem esse nolle delinquere est.

Ieronymus in epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

ubi autem frequens iniuria *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; autem] aut P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>; minus] unus M; ubi] quod P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in epistola] epistola in (*cor. intra*) M